

baldei Fer- conspicuus, ita quondam judicavit: Romæ, inquit,
variensis vestiarius fuit, sui quidem opificii satis peritus,
bac de re nomine *Pasquinus*. Tabernam ipse aperuerat in
judicium. *vico Parionis*, cumque magnum operariorum gre-
gem aleret, (aulicorum etiam vestes fere omnes
ibi conficiebantur) illi magna cum libertate atque
securitate, non modo aulicorum omnium, & anti-
stitum, & purpuratorum, verum etiam Pontificis
Max. facta, non sine ignominia notabant. Verba
tamen eorum floccipendebantur, uti hominum ab-
jectorum, levissimorum vilissimorumque, adeo ut
nec ullam dicacitatis pœnam subirent, nec odium
quidem hominum sibi concitarent. Imo vero, si
quis genere, doctrina, vel quavis re insignis sum-
mi alicujus viri turpe factum narraret, persona ma-
gistri *Pasquini*, ejusque operariorum, se quasi scu-
to protegebat, illos nempe dicens relationis ejus-
modi auctores, ne ipse offensionem illius exciperet,
qui cum se læsum putaret, aliquid ei mali moliri pos-
set. Hinc factum est, ut veniret in proverbii con-
suetudinem, *Pasquino cuncta tribuere, quæ homines*
cujusque generis in vituperationem summorum viro-
rum adducerent. Ipso autem *Pasquino* mortuo eve-
nit dum essent *Parionis* viæ sternendæ, ut signum
vetus marmoreum reperiretur humi semi sepultum,
fractum mutilumque, speciem referens gladiatoris,
quod licet viatoribus præberet suo dorso gradum,
ne temporibus hibernis cœno pedes fœdarent, quia
tamen sic positum viarum strata minus æqualia,
minusque pulchra reddebat, erutum illud, & ere-
gione